

*pedum LX*; in codicibus Caesarianis errore exstat numerus *VI*. conferas etiam quae de Caes. bell. Gall. 4, 22, 3 disputavi in Mus. Rhen. vol. *LXIV* (1909) p. 227. in commentariis autem Vergilianis quantum pagus Andes a Mantua distaret, ferri solitum perspicitur cum ex Donato (p. 51 Reiff.): *in pago qui Andes dicitur et abest a Mantua non procul* et Hieronymo ad olymp. 177, 3 (Sueton. ed. Reiff. p. 43) *in pago qui Andes dicitur haut procul a Mantua nascitur*, tum ex adnotatione ad ecl. 9, 10, quo loco accuratius de hac re agendum erat, in Servio aucto haec leguntur: *alii dicunt Vergilium ostendere voluisse, quod Mantuanis per iniquitatem Alfeni Vari, qui agros divisit, praeter palustria nihil relictum sit, sicut ex oratione Cornelii in Alfenum ostenditur: cum iussus tria milia passus a muro in diversa relinquere, via octingentos passus . . . reliquisti*. itaque non ubi de ortu Vergilii agebatur, in vita Suetoniana id spatium adnotatum est, sed ubi de agris amissis, quo loco summi momenti erat accuratius intervallum significari. unde in vita Probi reiectum est ad eum locum quo primo Andes vicus commemorandus erat. quae si recte exposuimus, quamvis depravata memoria ea, tamen non prorsus abicienda est.

Scrpsi Argentorati.

Alfredus Klotz.

---

Zu Bd. *LXV* 607 ff.

Ἐκθεσις λόγων περὶ Μακαρινῶν e le Ὀδοιπορία ἀπὸ Ἐδῆμ τοῦ παραδείσου εἰς τὴν Ῥωμαίων si trovano anche nel cod. Vat. gr. 1114, chart., sec. XIII—XIV, ff. 174—175. Il testo si avvicina ora a B, più spesso a D, ora va da se. Nel titolo dell' ἔκθεσις si legge ἐκθέσεως λόγου περὶ μακ, ma c'è un vuoto di tre o quattro lettere dopo λόγου. Non ne dico altro, perchè m'importa solo di segnalare il codice a chi può interessare.

Roma.

Giovanni Mercati.